

70

Análisis ó extractos

DE LOS DISCURSOS

DEL

Ilustrísimo Señor Obispo de León

EN LOS

Ejercicios de Eclesiásticos

del año 1865.

Recogidos de memoria, y añadidas  
algunas reflexiones sobre las  
mismas materias.

POR

Gabino Chávez, Presbítero.

Van añadidas unas advertencias  
sobre el modo de rezar el Oficio divino,  
por el mismo.

Con las debidas licencias de la  
Autoridad Eclesiástica.

PUEBLA. — 1897.

Tip. de "La Misericordia Cristiana."  
S. Juan del Río núm. 3.

V662

Ch38

4

BV662

Ch 38

022

4





1080015212

Análisis ó extractos

de los discursos

DEL

Ilustrísimo Señor Obispo de León

EN LOS

Ejercicios de Eclesiásticos

del año de 1865.

Recogidos de memoria, y añadidas  
algunas reflexiones sobre las  
mismas materias,

POR

Gabino Chavez, Pbro.

Van añadidas unas advertencias  
sobre el modo de rezar el Oficio divino,  
por el mismo.

Con las debidas licencias de la  
Autoridad Eclesiástica.



PUEBLA.—1897.

Tip. de "La Misericordia Cristiana."

S. Juan del Río núm. 3.

Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

39689



BV 662

Ch 38

*Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.*

Bienaventurados los que oyen la palabra de Dios y la conservan.  
(LUC. 11.)

*Conceptum sermonem quis tenere poterit?*

¿Quién podrá detener la palabra una vez concebida?  
(JOB. 4.)



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

ILLMO. D. DRI. AC MAGISTRO,  
Josepho M. a Jesu Diez de Sollano ac Davalos,  
Leonensis novae Dioecesis  
dignissimo Episcopo; e suis subjectis Presbyteris  
unus et novissimus.

Jam pridem, Illme. Dne. in votis habueram, tibi de meo penu in devoti signum gratique erga te animi, et in venerationis testimonium qualemcumque, exiguum licet, munusculum offerre. Mente vero saepe cum volverem quid vel quale haud tui omnino indignum, meaeque usu disparem obsequium tenuitate tibi tribuerem, non aliud sane quam de sacra Scriptura, sive de quavis alia ecclesiastica disciplina, (cum tibi pergratae omnesque familiarissimae sint,) laborem seu studium parandum putavi. Hinc ergo est, amplissime Praesul, quod annis abhinc aliquod, de Salomico sacroque Canticorum Libro, explanationem quamdam prae manibus habeam, cui titulus "*Divine amoris loquutio*," hispane: "*Lenguaje del amor divino*" quam ad majorem Iesuchristi Dni. nostri agnitionem, rerumque spiritualium informationem a fidelibus comparandam, vernacula lingua tractare suscepi. Tibi equidem non latet, Illme. Dne. imo vero quod nobis sit concreditum apprime nostri ministerium: quomodo parochialis munere vicarii non modo fungamur, sed etiam

002254



praedicationis, nostri vice charissimi Parochi, adversa impediti valetudine, onus assidue subeunt; ecclesiasticas a te collationes erectas in scriptum redigentes; sodalitates B. Vincentii a Paulo pro infirmis sublevandis aliasque dirigentes; ter aut quater singulis mensibus secessus pios indesinenter moderando praesidentes, his omnibus quasi gravi mole pro nostra pusillitate onerati ac vix non obruti ambulamus, ideoque nullum pene otium ad sacros Codices volvendo, Patres, Doctores ac Interpretes terendos mysticos sensus ruminandos, conceptosque sermones litteris exarandos habeamus. Perspectum aliunde bene est tibi, quam arduum periculosaeque aleae negotium tractamus, cum Augustinus ipse, humani licet decus ingeni, idisserte fateatur, Canticum Canticorum librum esse "*ad intelligendum difficillimum,*" (in *Specul. De Cant. Cantic.*) ac mellifluus etiam Bernardus cum esse "*difficilem intellectu, sed tamen inquisitio delectabilem,*" in ipso suae explanationis limine testetur (*Serm. I in Cant. ant. med.*) Divino freti nos tamen auxilio ac studiis sedulo pro posse nostro sacris vacantes, in incepto opere prosequendo insudamus, etsi ad unius medietatem voluminis vix pro nunc deveniamus et non nisi in quinque priores versus excurrat oratio. Sic curremus autem postea ut comprehendamus, et ad optatam metam Dei gratia oppitulante tandem provehamur; tuam vero episcopalem benedictionem super opus hocce apprecantes, veniam tibi etiam ipsum in finem aliquando perductum tuae amplitudine in ejus fronte dicandi supplicamus. Interea tamen benevolentissime Praesul, nostro ut aliquo

modo affectui satis votoque faciamus adjunctum, hic brevem quidem et incemptum opusculum tuis oculis manibusque libenter subicimus, tibi quod tuum est quodammodo reddentes, ut ad locum unde exeunt flumina juxta sacrae Paginae dictum revertantur; (*Eccles. I, 7.*) conciones enim sunt, (brevissimum quidem in compendium redactae) quas olim in ecclesiastici novem diebus secessus, coram plurimorum tuae Dioecesis Presbyterorum ac Parochorum coetu, secundum quam tibi desuper est datam sapientiam habebas. Hasce nos, inquam tam solidas tamque pias ac fructuosas agnoscentes, pro modulo captuque nostro transferre simul ac eas audiebamus in chartis conabamur, propriasque reflexiones, non ut ad tuos doctissimos omnibusque numeris absolutos conceptus aliquid vel adderemus vel detraheremur, sed ut quemadmodum umbrae ad lucem in pictura vel folia ad fructos in arbore inservirent adnexuimus, equum enim erat ut quas de semine, tua voce in corde jactato menses colligebam, tibi etiam ad verbi ubertatem evangelici tuaeque fecunditatem praedicationes ostendendam simul cum ipsi tuis sensibus exhibere.

Ignosce ergo, Illme. Dne. quae detruncata infideliter, quae aliter ac tu dixisti expressa, quae inepte et supervacue addita reperias, cum enim omnia festinanter calamoque currente, ullis sine libris, in diebus ipsis spiritualium exertationum sint conscripta, naevis quamplurimis scaterre non desinent. Nihil aliud idcirco in tam exiguum laborem, nisi minoris debitum ad majorem obsequium, filii fidelem erga patrem pietatem, ovicula erga ejus pastorem subjectionem,